

tur per vi. propoſitio-
nem li. ii. elemẽ. Eu. qd
ſub d k a. cum eo quod
eſt ex a f. ęquale eſt ei
quod eſt ex f k. Cõmu-
ne apponat qd eſt ex
f h. ergo qd ſub d k a.
cum eis quæ fiunt ex a
f. f h. hoc eſt cũ eo qd
eſt ex a g. æq̃le eſt eis q̃
ſũt ex k f. f h. hoc eſt ei
qd eſt ex k h. Et qm̃ vt
l c. ad c d. & l b. ad b k.
Atqui vt l b. ad b k. ita
d a. ad a k. vt igitur l c.
ad c d. ita d a. ad a k. At
eſt ipſius quidem c d.
dimidia c e. ipſius au-
tem d a. dupla a g. Nam per iiii. pro. li. vi ele. Eu. vt a b. ad d e.
ita g a. ad a d. Ex hypotheſi autem b a. dupla eſt ipſius d e. igit
& g a. ipſius a d. dupla. Erit ergo vt l c. ad c e. ita g a. ad a k. ex
æquali & perturbata proportione per propo. xxiii. li. v. elem.
Atqui vt g a. ad a k. & h i. ad i k. per propo. ii. li. vi. ele. Eu. quia
ex hypotheſi g h. a i. ſunt paralleli. Et componenti per propo.
xviii. li. v. ele. Eu. igitur vt l e. ad c e. & h k. ad k i. æqualis autẽ
poſita eſt i k. ipſi c e. Quoniã i k. ipſi a h. æqualis eſt & a h. ipſi
c e. Aequalis igitur eſt e l. ipſi h k. Aequale igitur etiam quod
ex l e. ei quod ex h k. Et eſt illud quod ex l e. æquale ei quod eſt
ſub d l c. cum eo quod eſt ex c e. p propo. vi. li. ii. ele. Eu. Ei au-
tem quod eſt ex h k. æquale eſſe demonſtratũ eſt. quod fit ſub
d k a. cum eo quod ex a h. Quorum id quod eſt ex c e. ęquale eſt
ei quod ex a h. Aequalis nãq; poſita eſt a h. ipſi c e. Sed ex cõ-
muni ſentẽtia, ſi æqualib⁹ auferantur æqualia quæ relinquunt
æqualia ſunt. Igitur quod fit ſub d l c. æquale eſt ei quo fit ſub
d k a. Atqui p ꝓpoſitionẽ xiiii. li. vi. ele. Eu. Aequaliũ & æqui-